

4759 [= 4038] Suessae.

.....
 IMBVERE FABENTIS
 HIC · NVNC · CAMPANAS · MODERATOR · SVBLEBAT · VRBES
 VNDE · ORDO · ET · POPVLI · STATVAM · TRIBVERE · SVESSAE
 5 L · D · D · D

Servavit Iucundus f. 125 n. 8. Pendent ab
 eo Apianus 106, 3 (inde Grut. 494, 3); Mur.
 1083, 1 e sched. suis; Pratilli cons. p. 76.
 Burmann anth. III, 23; Meyer anth. n. 887.

4760 [= 4040] in basi, cuius frons parieti inserta est, litteris pulchris SMET. (ms.). Suessae inter duas portas IVC.; in porta in basi statuae
 AVG.; apud portam S. Dominici FABRIC.; in foro PRAT., qui ab uno latere non scripto duo vasa pontificalia cum ara conspici ait. Extare
 negat MASIVS.

ab uno latere:

C · T I T I O
 CHRESIMO · AVG · II
 HVIC · ORDO · DECVRIONVM
 QVOD · PRO · SALVTE · ET · INDVLGEN
 5 TIA · IMP · ANTONINI · PI · FELICIS · AVG
 ET · EX · VOLVNTATE · POPVLI · MVNVS
 FAMILIAE · GLADIATORIAE · EX · PECVNA
 SVA · DIEM · PRIVATVM · SECVNDVM · DIGN
 TATEM · COLONIAE · EDIDERIT · HONOREM
 10 BISELLI · QVO · QVIS · OPTIMO · EXEMPLO · IN
 COLONIA · SVESSA · HABVIT · ET · VT · AQVAE
 DIGITVS · IN · DOMO · EIVS · FLVERET · COM
 MODISQVE · PVBLICIS · AC SI · DECVRIO · FRV
 ERETVR · ET · TITIO · CHRESIMO · FILIO · EIVS
 15 OB · MERITA · PATRIS · HONOREM · DECVRIONA
 TVS · GRATVITVM DECVRETVR
 ORDO · DECVRIONVM · ET · AVGVSTALIVM
 ET · PLEPS · VNIVERSA

ab altero latere litteris erosis:

q. s OSSIO · FALCONE · C · IVLIO p. C. 193
 ERVCIO · CLARO · COS
 NONIS · SEPTEMBR
 SVESSAE · IN · BYBLIOTHECA · Matis
 5 DIANA SCRIBVNDQ ADFV erunt
 T · IVLIVS · BASSVS · M · MAESIVS · Q
 M · ARRIVS · ADIVTOR · L · MILDIVS
 L · ASINIVS · MARSIRIANVS
 QVOD · VNIVERSI · // // // // ANTIBA // //
 10 LIVS · HE // // // // // DIE M
 // // // // // // // // // // EIVS
 ANT · GRATVITVM // // // // //
 DECVRIONATVS · EI · O // // // //
 STATVIQ · EIVS · OB · MVNIFICEN
 15 DIEM · PRIVATI · EDITI // // // //
 L · D · D · D

Exemplaria supersunt anticae quattuor Iucundi, Fabricii, Smetianum, Augustinianum, inscriptionis in latere scriptae duo Iucundi et Smetii. Iucundus dat f. 125 n. 11; pendent ab eo Bononius Ott. f. 34', Trai. f. 129'; Lilius f. 177'; Alciatus Feae f. 129; Apianus 106, 2. Inscriptionem in latere cum ipse Iucundus habeat, compilatores eius omiserunt. Fabricius, quem et loci indicatio et collatus titulus n. 4755 satis arguit lapidem vidisse, lectiones ostendunt Apiani exemplum magis cum lapide contulisse quam ipsum descripsisse, edidit antiq. 1549 p. 42; pendet ab eo Smetius ed. 83, 5 'ab aliis'. Smetius habet ms. Neap. p. 168; pendent ab eo Waelscapple f. 124; Ligorius ms. Neap. 35 p. 215 (adscribens 've ne sono due del medesimo tenore'), Taur. 16; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 133' et ex parte (inscr. later. 1—8. 16) in fastis ad a. 946; Manutius orth. 105, 7; Iacobonius ad Fonteium p. 41 ex Manutio. Augustinianum exemplum legitur in cod. Matr. f. 73 et apud Panvinius una cum exemplari Smetiano cod. Vat. 6035 f. 133'. Grut. 475, 3 citat Smetium et Augustini schedas, sed adhibuit item exemplum Manutianum, cum det posticam. Habent item Capaccius p. 623; Saccus ed. 1 p. 15, ed. 2 p. 21 qui pessime corrumpit et interpolavit; Pratillius p. 223 qui vult se vidisse. Orelli 4047.

Variam lectionem subieci integram Iucundi, Fabricii, Smetii (ms.), Augustini (Matr. Panv.), qui soli auctoritatem habent. — In vv. dividendis secutus sum Smetium (ms.). — 1 TETIO Fabric. — 2 AVG·II Iuc. Smet. (ms.) Aug., AVG·LI Apian., AVG·LIB Fabric. Smet. (ed.), AVG·FIL Cap. Sacco, AVG·VI·VIR coniecit Gudius, exhibuit Pratillius. — 4 INDVGEN Smet. (ms.). — 7 PECVNA Smet. (ms.), PECVNIA Iuc. Fabric. Aug. (Panv.), IECVM Aug. (Matr.). — 10 BISELLI Smet. (ms., sed litteris inductis, quapropter Manutius vocabulum omisit), Sacco, BISELLI Aug., BISELLI Iuc. cum suis (Lil., Alc., Ap., Fabric., Smet. ed., Cap.), BISELLI Prat. — QVO·QVIS] QVOQVE Aug. (Matr., non Panv.), QVEM·QVIS Fabr. — IN Iuc. Fabr. Aug., INTVS Smet. (ms.) solus. — 12 DIGITVS Smet. (ms.), DIGITVM Iuc. (Ver.), DVCTVS Iucundiana exemplaria deteriora (ut Bonon. Fabric.) et Aug. (Panv.), DVCT// Aug. (Matr.). — PLVERET Aug. (Matr. et Panv.). — 13 MODISQ· Iuc. — ERVERETVR Aug. (Matr. et Panv.). — 14 TETIO Iuc. Fabr. — 15 OEMERIT Aug. (Matr., COEMERIT Panv.) Capacc. — 16 pro spatio vacuo hiatum significat Smet. (ms.), reliqui continent. — 18 ET·PLEPS·VNIVERSA Smet. (ms.), ET·PLEBS·VNIVERSA Iuc. Fabr., ET PLEBS MVNIVERVM Aug. (Matr., T·PLEBS·MVNIVERVNT Panv.). — In latere 2 ...ERVICIO Iuc., FRVCTO Smet. — 4 BABYLOTHECAM... Iuc., BIBLYOTHECA·M... Smet. — 5 sic Iuc., sed ADFVT..., omittit Smetius (ms.); apud Manutium quod significatur versum excidisse, non venit ex codice Smetiano. — 6 T·IVLIVS Smet. (ms.), TI·IVLIVS Smet. (Manut.), C·IVLIVS Iuc. — MAESIVS·Q... Smet. (ms.), MAESIVS·C... Iuc. — 7 ARRIVS Iuc., TVRRIVS Smet. (ms.). — in ADIVTOR desinit Iuc. — 10 LIVS·HE et 14 STATVIQ·EIVS cum in codice Smetii exhibeantur litteris inductis, a Manutio omitta sunt. Idem 10 post DIEM addit III. — Saccus nescio qua superbia municipali motus pro colonia ubique posuit municipium. — Ceterum noli credere quod nescio cui in mentem venit posticam et anticam separandas esse; Antoninus Pius anticae est Commodus, quo etiamtum vivo ludi editi sunt; statua posita est ipso initio imperii Septimii Severi Commodus nondum consecrato.

4761 praecedit Suessana n. 4747.

EPISTIAE · L · 7 · PROCVLAE
 ORTO DEC · FVN · PVB · 7 P · C
 CLIPEVM · ET · STATVAM
 DECR

Gavotus in appendice Marcanovae Genuate f. 144.

Sic fere fuit: *Ep[ist]iae L. [f.] Proculae or[d]o
 dec(urionum) fun(us) publicum [fe]c(it), clipeum
 et statuam decr(emit).*

4762 [= 4041] Suessae in ecclesia S. Bartholomaei de Polita IVC.

M · TOFELANO · CATVLLAE · L · MVRRANO · AVG
 D O M I T I A e · O · L · N A I D I
 TOFELANAE · MVRRANI · L · FORTVNATAE
 M · TOFELANO · M · F · HONORATO
 5 ET · SVIS · POSTERIS
 LIBERTIS · LIBERTABVSQ · OMNIBVS

Servavit Iucundus f. 125 n. 7. Inde Donius Barb. 34, 73 p. 7 ex libro ant. ms.; Fabretti 476, 133 auctore non laudato.

Versuum divisio incerta. — 2 DOMITIA traditur.

LV. FORVM POPILII (p. 460).

ad n. 4719. Pro 'in sinistra ripa' scribendum est 'in ripa dextra'; *la Marchesa* regio a Volturmo distat III m. p. septentrionem versus.

ad n. 4724. In fine v littera delenda videtur esse; v. indicem VI s. v. *clarissimus vir*.

LVII. SVESSA AVRVNCA (p. 465).

ad n. 4759. In codice Senensi C. III 27 gemelloque eius Oscottiensi, qui versuum ordinem retinere solent, exhibetur sic:

HIC · NVNC · CAMPANAS · MO
DERATOR · SVBLEBAT · VRBES
VNDE · ORDO · ET · POPVLI · STATV
AM · TRIBVERE · SVESSAE
5 L · D · D · D

ad n. 4760. Lateris inscriptionem codex Senensis C. III. 27 et Oscottiensis ita referunt: OSSIO FALCONE C·IVLIO | ERVCIO·C·L·ARIO·CO | NONIS SEPTEMBRI | SVESSAE IN BIBLYOTHECA (BIBLIOTHECA Oscott.) M..|DIANA SCRIBVND0 ADEVI | C·IVLIVS·BASSVS. Reliqua deficient.

LVIII. TEANVM SIDICINVM (p. 471).

ad n. 4782. Ad hunc titulum videtur trahendum esse, quod scribit Pontanus de asp. f. 44' ed. a. 1481, p. 77 ed. a. 1538: 'Theanum nomen oppidi, quod tamen in quibusdam monumentis marmoreis sine nota aspirationis scriptum inspexi'.

LIX. RVFRAE (p. 475).

ad n. 4830. Refert item Marcus Mondus, qui exscripsit, in opusculorum vol. 3 p. 37.

ad n. 4838. Eadem redit loco non suo n. 5263, ubi 3 est P·MEMMI|.

LX. VENAFRVM (p. 477).

ad n. 4845. Hodie Resinae; datur ad ectypum n. 1408.

ad n. 4904. Hodie in museo publico Neapolitano n. 111607, ubi vidi a. 1882. Scribe 2 VICTORI — 3 CONIVG.

8380 litteris aetatis sequioris, in aquaeductu vetusto sub Venafro rep. *alla fontana della Grotta*.

GAVINIUS A
ex MARMOR^e DE PVBLICO
faciendum cura VIT

Franc. Lucenteforte misit.
2 MARMORI traditur.

8381 litteris maximis et optimis. Venafri in eodem aquaeductu rep.

[IV]

L
RVM

Franc. Lucenteforte misit.

LXI. ATINA (p. 499).

ad p. 499 n. 5045. In sylloge scripta Neap. p. 64 Donius hanc quoque inscriptionem affert ex eodem libro, ex quo sumpsit reliquas Atinates, id est ex collectaneis Dom. Panicalis; mero errore Gorius auctoritatem subscripsit pertinentem ad aliam quandam in eadem pagina relatam. Similiter n. 5060 in libro scripto p. 183 affertur ex inscriptionibus Dominici Panicalis, altera in eadem pagina scripta P. Glitii Galli 'ex tabulario Civ. Castellanae'.